



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Papirii Massoni Descriptio Flvminvm Galliae, Qva Francia Est

Masson, Jean Papire

Parisiis, 1678

Arar.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13059

A R A R.

DE Arari Virgilius maximus
poëtarum, qui Augusto Cæ- La Sais-
ne, r.
sare vixit, res quæ per naturam
fieri possunt designans, ait:

*Aut Ararim Parthus bibet, aut
Germania Tygrin.*

Seneca verò, qui Tyberio Cæsa-
re floruit, de Rhodano & Arari sic
loquitur in ludo, vel apothecis
Galliæ.

*Vidi duobus imminens fluviis iun-
gum,*

*Quod Phœbus ortu semper obverso
videt,*

*Ubi Rhodanus ingens amne præra-
pido fluit,*

*Ararque dubitans quo suos cursus
agat.*

*Est - ne illis tellus spiritus altrix
tui?*

Herculis hæc ad Claudium Cæ-
sarem verba sunt apud Senecam.

Cornelius Tacitus Annalium
lib. 13. *Vidi, ait, conatum Lucii
veteris Mosellam & Ararim iun-*

ARAR. gere cupientis : vetus Mosellam atque Ararim facta inter utrumque fossa connectere parabat , ut copia per mare , deinde Rhodano & Arari subiecta , per eam fossam mox fluvio Mosella in Rhenum , exin Oceanum decurrerent , sublatisque Hinerum difficultatibus , navigabilia inter se Occidentis Septentrionisque litora fierent. Ammianus libro decimo quinto. *Arar*, inquit , quem *Sauconam* appellant , inter Germaniam primam fluit. Quæ vox (primam) interpretabitur locum hunc Vibii Sequestri: *Arar* Germania fluvius è *Vogeso* monte miscetur *Rhodano* , qui ita leuè decurrit , ut vix possit intelligi decursus eius. Hoc sequutus verba Cæsaris dixit. At *Strabo* ait *Ararim* ex *Alpibus* labi. Idem *Polybius* , idem *Liuius*. *Strabonis* hæc quoque sunt libro quarto. *Arar* dirimit *Heduos* a *Sequanis* ; atque inter *Dubim* & *Ararim* *Heduos* habitare dicit. *Alpes* , inquit *Liuius* , sunt altitudines montium. Nihil ergo interest siue dicant *Ararim* è *Vogeso* monte labi , siue ex *Alpibus*. Hic fluvius *Lugdunum*

interluit, vbi, sicut Suetonius ait ARAR.
 in Caligula, Claudius natus est,
 Julio Antonino Fabio Africano
 Coll. Kal. Augusti, eo ipso die
 quo primùm Ara ibi Augusto de-
 dicata est, appellatusque Tibe-
 rius Claudius Drusus. Iuuenalis
 poëta de eadem Ara loquitur cum
 ait:

*Aur Lugdunensem Rhetor dicturus
 ad Aram.*

Qui enim vt id facerent se offe-
 rebant, in profluentem Ararim
 dejiciebantur, quæ metuendi cau-
 sa erat. Sub Tiberio verò Galliarum
 ciuitates ob magnitudinem aris alieni
 rebellionem captauere, cuius stimula-
 tor acerrimus inter Treuiros fuit Ju-
 lius Florus, apud Hednos Julius Sa-
 cronir. Item haud fermè vlla ciuitas
 intacta securibus eius mali fuit, sed
 erupere primi Andegavi ac Turoni,
 quorum Andeganos Acilius Auiola
 legatus, excita cohorte qua Lugduni
 presidium agitabat, coercuit. Tu-
 roni legionarios remittunt, quos Vis-
 selius Varro Germaniæ legatus mi-
 serat, oppressi eodem Auiola duce &
 quibusdam Galliarum primoribus,

ARAR. qui liberè auxilium per dissimula-
 tionis defectionem magisque illius
 tempore efficerent. Hæc Tacitus An-
 naliū lib. 3. Et rursus, Roma,
 inquit, non Treueris modo & apud
 Heduos, sed quatuor & sexaginta
 Gallia civitates defecisse creditum
 est. Lugdunum incensum Nerone
 imperante Seneca epistolâ 91. me-
 moriæ tradidit. Nunciato incendio
 quo Lugdunensis Colonia exarsa est,
 una nox interfuit inter urbem ma-
 ximam, & nullam. Sed illa ætate
 Lugdunum erat in colle situm ad-
 modum eminenti loco atque ar-
 duo cis Ararim, vt ex verbis
 Senecæ supra diximus. Et Lugduni
 mentio fit ab Herrico Altisthodo-
 rensi monacho libro quarto cum
 ait :

*In Lugdunenses equis processibus
 arces*

*Vexit Arar Rhodano se se sub mæ-
 nibus abdens,*

*Lugduno celebrant Gallorum famine
 nomen*

*Impositum quondam quod sit mons lu-
 cidus idem.*

Et reuera à Lucio Numantio

Planco coloniam ductam puto, quæ idcirco *Luciodunum* à tam nobili ciue Romano dicta sit voce postmodum corrupta, cum pro *Lucioduno* *Lugdunum* dici cæpit. Quæ corruptio in marmore & antiqua inscriptione visitur in vestibulo Ecclesiæ Diui Stephani, vbi *Lugdunum* scriptum est pro *Lucioduno*. Nam quis mihi persuadeat *Lugdunum* aliquem fuisse? *L. nihil præponi de suspectis tutoribus. ff. & ff.* *Julianus* ait: *Imperator Adrianus* *Britasio* *Pollioni* legato *Lugduni* in hac verba rescripsit: *Marcus* quamvis filius familias sit, tutor idoneus esse videtur. Idcirco curare non vult ut filium suum tutela eximat, & in hoc artificio perseueravit. Existimo te huic fraudi rectè occursum, ut & filius & ipse ad tutelam liberorum decreto gerendam compellantur. Et *l. Lugdunenses Galli*, item *Vienenses & Narbonenses* *Juris Italici* sunt, ut à *Paulo* *Jureconsulto* dici videmus. *l. Paulus de censibus. ff. vt de Titiano & Schola* *municipali* apud *Lugdunum* men-

300 Pap. Mass. descr. Francie
tionem fieri ab Aufonio in actio-
ne gratiarum ad Cæsarem nomine
Gratianum, & Antonii nobilis
Philosophi, qui in ea vrbe Maiolum
Cluniacensium Abbatem, egre-
giumque virum Philosophum do-
cuit, vt in eius vita legimus. Ex-
cellens de Martyribus sub Anto-
nino Vero Lugduni passis, vbi de
Lugduno & de nundinis foroque
& mercatoribus agitur, apud Eu-
sebiū Cæsariensem locus repe-
ritur. Sidonius epist. 5. lib. 1. ad
Heronium poëtam excellentem,
ad quem etiam misit Panegyricum
ad Antemium Cæsarem, Lugdu-
num vocat *Rhodanusiā* suam, pro-
pter Rhodanum flumen, ad quod
publicæ hospitales domus institutæ
sunt liberali mercatorum ciuium-
que munificentia; fortè ob nebu-
las Lugdunenses, de quibus extat
epistola eiusdem Sidonii ad Can-
didianum eodem libro his verbis:
*Morari me. Romæ congratularis,
illud tamen quasi faceret, & fatim,
gnatorum salibus admixtis. Ais enim
gandere te, quòd aliquando necessa-
rius tuus videam solem, quem viti-*

que raro bibitor Araricus inspexerim. A. B. A. R. 1.
Nebulas enim mihi meorum
Lugdunensium exprobras, & diem
quereris nobis matutina caligine ob-
structum vix meridiano fervore rese-
rari. Episcopi vero Lugdunenses
hi quidem excellere, Hireneus,
cuius opera Græca quidem non
habemus, sed in Latinam linguam
conversa antequam Hieronymus
scriberet, ac de Rhodano cum lo-
qui scimus. Sequitur Eucherius,
quem epistola ad Valerianum co-
gnatum pluresque libelli & Ho-
melia immortalē reddiderunt.
Postea Patiens in eadem sede flo-
ruit, à Sidonio epistolâ 12. libri
sexti mirificè laudatus. Idem autor
epistolâ 3. libri 9 ad Faustum Re-
iorum Episcopum, cuius urbis &
Ecclesiæ sacra superi spiciebat, ait,
se auditorem eius fuisse tunc præcipuè
cum in Lugdunensis Ecclesiæ dedi-
cata festis hebdomadalibus collegarum
sacrosanctorum rogatu exorareris, ut
perorares. Ibi te inter spirituales re-
gulas vel forenses medioximum qui-
dem concionantem (quippe utrarum-
que doctissimum disciplinarum) pa-

ARAR. riter erectis sensibus, auribusque cur-
 natis ambiebamus: Hinc parum fa-
 titantem desiderio nostro quia iudi-
 cio satisfaceras. Ad tertium Idus
 Septembris Ufuardus de eo ait;
 Lugduni depositio sancti Patientis
 Episcopi. Quartus Laidradus, cu-
 ius epistolam super obitu sororis
 antea publicauimus. Quintus Ago-
 bardus, cuius opera nuper edidi-
 mus, alioquin peritura, si in me
 vindicem non incidissent. Sextus
 Remigius. Eius doctissimi Theo-
 logi liber MS. à gente Tilliorum
 Lutetiæ seruatur. Bonaventura &
 Gerso insignes Theologi, alter in
 æde Francisci apud suos, alter in
 Templo Laurentii sepultus iacet.
 Pontificum autem Romanorum
 Innocentius IV. & Gregorius X.
 Lugduni Concilia habuere. Cle-
 mens V. in templo Iusti, & Joan-
 nes XXII. in Joannis Baptistæ au-
 gustissima & cathedrali Basilica co-
 ronati sunt. Sed iustum & san-
 ctum Pontificem Calviniani non
 tulere, euerso dirutoque eius
 templo, cum bellorum ciuiliū
 exitia & calamitates Gallia pate-

retur. Hic iterum de attributis ARARIS
Arari dicendum est, proposito Si-
lii Italici poetæ versu ex libro 15.
de bello Punico.

—— Rhodani qui gurgite gau-
dent,

*Quorum serpit Arar per rara piger-
rimus unda.*

Et in opusculo laudis Domini
facto apud Heduos :

—— Stagnanti perlabitur ag-
mine ripas

*Tardus Arar, pigrumque diu vix
explicat amnem.*

Et Theodulphus Aurelianensis E-
piscopus ad Modoynum Pontifi-
cem Heduorum ait de utroque flu-
vio :

*Circa Arariam pigrum, Rhodanum-
que rapacem.*

Et veterum testimonio de Arari
deque Rhodano adjiciemus hunc
singularem, ut opinor, nec omit-
tendum Eutropii locum. Is libro
6. Caesar, ait, primò vicit Helue-
tios, qui nunc sequani appellantur.

*Arar flumen in Rhodanum
fluens.*

VOYGE **V**Ogesi nomine nemo putet
eum montem, qui est in fini-
bus Lingonum, solum contineri,
sed adjiciat regionem proceris ar-
boribus sylvisque caduis muni-
tam, unde rivus plures oriri fama
est & quatuor flumina, patereque
eam in circuitu centum Gallici ge-
neris leucas. *Arar* igitur surgit in
confinio Lingonum, Mediomatri-
cum, ipsiusque Lotharingæ: ac
decursis aliquot vallibus, exiguum
Aræye. oppidum *Arnoy* alluit, & supe-
riorem Burgundiam Sequanorum
Jouvel- ingreditur, atque *Fonvelliam*, ip-
le. sius municipium irrigat, acceptis-
que septem aut octo fluviolis, labi-
tur versus pontem ab ejus nomine
Gray. appellatum, fluitque circa *Grayum*,
arcem gentis Sequanorum, quæ
instar propugnaculi illis est adver-
sus Lotharingiam & regnum Fran-
corum, unde se effundit in Bur-

gundiam inferiorem, cui Ducatus ARAB.
 nomen est. In duas partes finditur,
 ut insulam faciat, claudatque in eo
 Pontem Arliciorum, primæ urbis Pont
 inferioris Burgundiæ, quod nomen Arlicior.
 pro Heduis illi tribuitur à super-
 ventu Burgundionum è Germania.
 Distat autem à Grais quatuor leu-
 cis secundum morem regionis il-
 lius sumptis, & ligneum pontem
 habet. Descriptum est id oppidum
 ab Armorico Poëta Philippi Augu-
 sti Regis Galliæ. Inter Arlicios &
 Assonam visitur fluvius *Vencella*. Vencella
 Is in medio cursu absorbetur, po-
 stea erumpit, atque in Ararim la-
 bitur. Hispaniæ fluviolo persimilis,
 qui *Anas* à Mela dicitur. *Assonam* Assona
 verò urbem in ripa Sequanorum
 sitam Arar alluit, quam Ludovi-
 cus XI. pacè cum Sequanis facta
 univit Burgundiæ Gallicæ, id est
 in posterum suæ. Nec Assona sola
 cessit, verum etiam Sancti Lauren-
 tii vicina Jurisdictio vicos atque
 oppidula aliquot complectens. Est
 Assona parva quidem urbs, sed di-
 ves ob portum navigabilis fluvii,
 onera mercimoniorum sine pericu-

ARAR. lo & damno vehementis. Castellum quoque egregiè munitum ac longum pontem habet, distantem à Divione quinque aut sex tantum leucis, à *Dola* Sequanorum primaria vrbe tribus: estque in ea Senatus Comitatus Burgundiæ superioris imperans, sicut Divionensis Heduarum provinciam universam, id est totum Ducatum Burgundiæ regit in vrbe ampliori quàm sit *Dola*. Postmodum Arar quinque quoque fluvios accipit, *Tylam*, *Besueam*, *Oscharum*, *Susionem*, *Navigennam*, de quibus separatim mihi agendum puto. In Chronico Besuensis, Monasterii, quod abest à Divione quinque tantum leucis, & cuius Glaber Historicus lib. 4. cap. 6 mentionem facit, hæc verba de *Besueæ* & *Tylæ* fluviis in Ararim influentibus reperi, quæ sub jicio. Est locus inter fluvium Araris vel *Sagunna*, & fluvium quem *Tylam* vocant, ab emergente ibidem fonte non modico, qui *Besuus* dicitur, dictus & ipse *Besua*. Fons est ipse limpidissimus, ad potandum habilis, ac multimoda piscium copia fertilissi-

Dole.

La Tyl-
*le, r.**Besue,*
*r.**Ousche,*
*r.**Susion, r.**Navi-*
genne, r.

mus, nec sicut alii fontes, qui plu- ARAR.
 rimi, decurrendo & augmentando
 nomen accepit fluvii: sed ibidem
 ubi oritur, præ magnitudine flumen
 dicitur. Nascuntur in eo diversi ge-
 neris herbae, quæ si frugum alimo-
 niâ minus abundaverit, pauperibus
 subsidium prebeant vitæ. Sicque fons
 iste totius sui irrigans confinia, ad
 omnia quacunque ibi seruntur vel
 coluntur confruenda loca reddit ha-
 bilia. Terra satis opima, & nisi
 desit qui laboreat, frugum feracissi-
 ma: prata quoque sunt abunde,
 quibus possunt nutriri pecora, & sup-
 pleri alia quæque privata necessaria.
 Sylvas habet in procinctu locus, &
 contiguas, quæ ad construenda edificia,
 seu ad omnia quæ generi humano ne-
 cessaria sunt sufficiant. Talem igitur
 locum Amalgarius Dux Deo & san-
 ctis ejus Apostolis Petro & Paulo di-
 gnum duxit offerre, & sub manu fi-
 lii sui Waldaleni, Monachos, qui
 ibi Deo & Sanctis ejus deservirent
 sub regula Beati Columbani, studuit
 aggregare. Quid plura? Waldale-
 num Abbatem ibi præfecit. Tyla La Til-
 amnis longo circuitu flexuque fa- le, r.

ARAR. Et per Solducium, Isidem & Castellum super Tyla accipit Besuensis fontis rivulum, priusquam in Ararim labatur. Innocentius III. Epistolarum Decretalium lib. 1. Alberto Besuensi scribens: Quia, inquit, Besuensis Ecclesia pro incendio quod sustinuit, ad tantam devenit inopiam, ut Monachis & confratribus tuis ad obedientias Cluniacenses pro vite sustentatione transmittere, & aliquot de Monachis Cluniacensibus ad Ecclesiam tuam pro reformatione & conservatione ordinis convocare, donec Ecclesia tua reformetur.

Ousche, tur. Oscura fontem habet septima aut octava supra Divionem præclaram urbem Diœcesis Lingonensis leuca surgens, continuatoque cursu miscetur Arari apud *Laudunum sancti Joannis* à nomine Prioratus ita dictam, distantemque à Divione quinque leucis. Appendix ad Gregorium Turonensem narrat Flauchatum adverso Arari venisse à Cabilone civitate usque Lodonam S. Joannis oppidum his verbis: Flauchatus vexatus febris è vectu navali per Ararim fluvium qui cognomina-

S. Jean
de Lau-
ne.

310 Pap. Mass. descr. Francia
ARAR. fluviolus venit, qui per portam ingre-
diens, ac sub ponte decurrens, per aliam
rursus portam egreditur, totum muni-
tionis locum placida unda circum-
fluens. Ante portum autem molendi-
na mira velocitate divertit. Quatuor
porte à quatuor plagis mundi sunt po-
sitæ: totumque edificium triginta tres
turres exornant: murus vero illius de
quadris lapidibus usque in viginti pe-
des desuper è minuto lapide adifica-
tur, habens in altum pedes triginta, in
latum pedes quindecim. Quæ cur non
civitas dicta sit, ignoro; habet enim
in circuitu preciosos fontes: à parte
autem Occidentis montes sunt uberrimi,
vineisque repleti, qui tam nobile
incolis falernum porrigunt, ut respuant
scalonum. Nam veteres ferunt ab
Aureliano hoc Imperatore fuisse edi-
ficatum. Aimoinus historicus mul-
tò post Gregorium de Divione, de-
que duobus fluviis ita loquitur cap.
24. lib. 2. Erat tunc temporis Bea-
tus Gregorius Lingonica urbis Prae-
sul summus. Sed quia hujus Pontifi-
cis meminimus, dignum est ut situm
Divionensis Castri, ubi maxime ora-
batur pandamus. Est denique illud

Francie
tam ingre-
s, per aliam
tum muni-
a circum-
n molendi-
. Quatuor
di sunt po-
riginta res
ro illius de
viginti pe-
de adifica-
triginta, in
ue cur non
habet enim
: à parte
nt uberrim-
tam nobile
ut respuant
ferunt ab
fuisse ad-
icus mul-
vione, de-
uitur cap-
poris Bea-
rbis Prae-
us Pontifi-
t ut situm
ximè ora-
ique illud

per Flumina.

311

ARAR.

castrum in campi planitie maris fir-
missimis circumdatum, turribus tri-
ginta tribus honestatum, terras ha-
bens fertiles, per quas à meridie Os-
carus haud prosul à muro fluit pisci-
bus dives: ab Aquilone alter fluuius
per portam ingreditur, ac sub ponte
decurrrens, perque aliam portam egre-
diens, molendina summa vertit velo-
citate. Murus ad viginti pedes qua-
dratis adificatus lapidibus, desuper
minores superpositos habens lapides,
in altitudinem pedibus triginta, in lati-
tudinem quindecim porrigitur. Portæ
ibi quatuor à quatuor plagis cæli.
Quod cum tantæ sit magnitudinis,
cur urbis vocabulo caruerit, mirum
habetur. Hoc idem ab Aureliano Im-
peratore constructum antiquitas asse-
ruit. In vita Gregorii Turonensis
hæc legi: *Quondam effectum est ut*
ad venerabilem matrem suam in Bur-
gundia properaret, in sylvis verò
abiegnis quæ trans Verberim fluuium
sitæ sunt, latrones incurrit. Hic au-
tem locus opinor ita legendus, ut
Ararim non Verberim dicamus; er-
ror enim exscriptorum est, quem
propterea nolo auctoribus adscri-

ARAR.
Ci-
steaux.

bere. Cistercium Monasterium, caputque Ordinis sui exædificatum est mediis in sylvis ex lapide curribus eò vecto importatoque à novem ferè leucis, mirumque est quomodo tantus acervus lapidum eò trahi potuerit, cum nullus ibi validus amnis sit, sed solus rivulus qui in *Valgiam* amnem defluit, & *Valgia* ipse in *Ararim* influit. *Cæsarius* Monachus illius ordinis hæc ait lib. 10. *Miraculorum*. Apud *Cistercium*, ubi caput est ordinis nostri, plurima nidificant ciconie, quod ideo à fratribus religiosis permittitur, quia per illas non solum Monasterium, sed omnia in circuitu loca ab immundis vermibus mundantur, hyeme appropinquante recedunt, & tempore certo redeunt. Die quadam cum acies suas ordinassent, ad peregrinandum, ne hospitalitatis concessa immemores esse viderentur, conventum, qui eadem hora in agro laborabat, petentes, eumque crebrius gruttitando circumvolantes, omnes in admirationem verterunt, ignorantes quid peterent. Ad quos Prior, Puto quod licentiam petant recedendi. Elevansque manus benedixit

benedixiteis. Mox mirum in modum ARAR.
cum multa alacritate simul avolantes,
Monachis exeuntibus in viam, qui
regularem benedictionem accipere sive
expectare parvipendunt, magnam ve-
recundiam incusserunt. De hoc etiam
Monasterio Paradinus lib. de anti-
quo Statu Burgundiæ: Monaste-
rium Cisterciense in agro Belnensi,
loco vliginoso & nemore vastissimo,
à cisternis credunt sortitum nomen.

Surregium quoque habet ab vno Surre.
latere Ararim flumen, eoque al-
luitur, ab alio palude munitur.

Thaero rivulus est, qui oppidum Therin.
ipsum interluit, & vna parte clau-
dit abluendo.

Belna verò Cabilo-
nensis diœcesis ad Ararim sita flu-
violum *Bursoriam* habet, qui in Bursure
eandem labitur. Petrarcha adver-
sus Galli nescio cuius calumnias
negare non audet Belnense vinum
suis temporibus in pretio apud
Gallos fuisse, provt hodie quoque
est, restatque verus proverbium
quod de eo vini genere dici so-
let.

Vinum Belnense post omnia vinis re-
cense.



ancie.
terium,
lificatum
ide curri-
ue à no-
e est quo-
bidum eò
as ibi va-
s rivulus
e fluit, &
fluit. Cæ-
dinis hæc
m. Apud
ordinis no-
onia, quod
ermittitur.
Monaste-
itu loca ab
antur, hys-
at, & tem-
adam cum
peregrinan-
cessa imme-
ventum, qui
bat, peten-
titando cir-
mirationem
id peterent.
d licentiam
que manum
benedixit

ARAR. Exin *Verdunum* florens oppidum
Verdun. attingit in ripa quæ *Assonersem*
 Le Vicecomitatum alpicit. *Dubio* flu-
 Doux, uius, qui *Vesuntionem* excellentis-
 r. simam urbem *Sequanorum* alluit,
 Dole. & *Dolam* interfecat, apud *Ver-*
Chalon. *Cabilinum* munitissimam urbem
 Episcopatu ornatam alluit in ripa
Heduorum. Habet & lapideum
 pontem, & in vita *Marcelli* ita
 scriptum legimus: *Sepultus est bea-*
 tissimus martyr *Marcellus* secundo
 ab urbe *Cabilonensi* milliario, id est
 duobus passuum millibus. Postmo-
 dum *Turnochium* Monasterium *Be-*
 nedictini Ordinis, atque oppidu-
 lum ei adjunctum alluit: de quo
 Gregorius *Turonensis* lib. 1. de
 Gloria Confessorum. *Apud ca-*
 strum, inquit, *Trinorciense* quadra-
 gesimo à *Cabillonensi* urbe milliario.
 Quibus verbis exprimitur quantum
 absit à *Cabilino*. Hodie enim di-
 stat sex aut quinque leucis nimium
 longis.

Grona, Grona fluvius fontem habet in
 r. parochia *Avenasi* regionis *Belli-*
 Beau- jocensium, sub diocesi *Matisco-*
 ren. e.

nensi. Surgit autem duobus ex ea
 locis, vnus apud Calotios, alter
Mansio sancti Perdulcis appellatur,
 inde versus *Cluniacum* fluit in testa-
 mento Wilielmi cognomento Pii,
 Aruernorum Comitis, & Ducis
 Aquitanorum, qui anno Domini
 910. *Cluniacum* monasterium in-
 stituit: eius mentio fit his verbis.
Res iuris mei SS. Apostolis Petro
videlicet & Paulo de propria trado
donatione, Cluniacum videlicet vil-
lam quæ posita est super fluvium qui
Grauna vocatur, cum omnibus rebus
ad ipsam villam pertinentibus. Quæ
etiam res sitæ sunt in ciuitate Ma-
tisconensi vel circa suis vnaqueque
terminis conclusæ. Glaber Rodul-
phus Graunæ fluuui & Cluniaci
monasterii instituti meminit in
hunc modum: Monasterium cogno-
mento Cluniacum, in pago Matif-
conensi super Graunam fluvium ex
situ eiusdem loci accliuu atque humi-
li tale sortitum est nomen, vel etiam
quod aptius illi congruit, à cluendo
dictum, quoniam cluere crescere di-
cimus; insigni quippe incremento di-
uersorum denorum in dies locus idem

ARAR
 S. PER-
 DON X.

316 Pap. Mass. deser. Francia
ARAR. obtinuit. Construxit igitur prædictum
cœnobium primitus pater monachorum
Balmensis monasterii (in superiore
Burgundia locati) Berno vocatus,
iubente Wilielmo piissimo Aquitano-
rum Duce. Graona autem versus
Septentriones fluere perseverans,
quarta parte leucæ à Cabillino in-
fluit in Ararim, loco cui portali
Graonæ nomen est. Arar enim
non contra Septentriones, vt Grao-
na, sed versus Meridiem fluit. *Pia-*
neta fluuius è Casellis lapsus pro-
pe *Romenaium* decurrit. Hæc pa-
rochia diœcesis Lugdunensis Epi-
scopo Matisconensi olim tradita est,
cuius fructus annui quingentos
aureos quotannis ei afferunt, & qui
ordines Ecclesiasticos appetunt, te-
nentur dimissorias literas ab Ar-
chiepiscopo Lugdunensi accipere.
Parochia S. Mauricii vbi virentium
pratorum copia est in diœcesi Ma-
tisconensi, distat duabus leucis à
Turnochio monasterio ordinis D.
Benedicti iuxta Ararim sito, in alia
tamen diœcesi: ad Cabilonensem
enim pertinet. Ad eiusdem paro-
chiæ templum fluit riuus ad pontem

Pianot-
te, r.

Rome-
may.

Taulinum, qui separat iurisdictionem Mauricinam ab Uriniensi Regii iuris, indeque versus Sallon castrum properans in Ararim influit. Cuius templi chorus ex quadrato lapide exadificatus est, visiturque tumulus Philippi Caprarii & Philibertæ Lugniensis vxoris eius, eorumque filii matri cognominis. A castro Trinorciensi quod Gregorius sic appellavit, *Matisconem* Arar fluendo peruenit, quæ est Episcopalis ciuitas Arari apposita, pontemque fornicatum habet. Tribus ferè milliaribus ab ea distat sylva *Castanedi*: ita enim rem habere Glaber his paucissimis verbis ostendit. *Est Ecclesia à ciuitate Matiscone tribus ferè milliaribus distans in sylua Castanedi sita, sine plebe solitaria, Sancto Joanni dicata. Quo ex loco quantum spatii contineat longitudo cuiuslibet milliarii, facile est eritque colligere, atque æstimare locorum distantiam.* Exin Arar *Bellam-villam* fertur ita dictam à nomine monasterii ordinis sancti Augustini, quod in fertili pinguique agro sita sit, non quod

ARAR.

Mouge.

Masc.

Belle-
ville.

ARAR.

*Mour-**gon, r.**Ville-**Frâche.*

pulchra pluuio cœlo videri possit, propter lutum quod intra extraque eam viatoribus molestum sit. Eam tenuis fluuiolus præterfluit, moxque in Ararim labitur, vt *Murgo* quoque amniculus *Villamfrancam* interluit, sic dictam, quod olim exempta esset tributis atque oneribus. In quo oppido situ eleganti ac pulchro, viaque intermedia tanta latitudine, vt ab vna porta oppidi oppositam facile videas, primas literas Professore Petro Godofredo Treccassino feliciter didici, procurante auunculo matris meæ Antoninæ, fratre ædituo S. Stephani in Ecclesia Lugdunensi, cuius memoriam diligenter conseruare debeo, faxintque superi vt probus ille vir cognomento Philibertus Girinetius, mollissimè quiescat. Inter hoc oppidum &

Anse.

Ansam vetus municipium non ignotum Iuoni Carnotensi, duo sunt passuum millia, & quod excurrit: quo spatium nihil ad oblectationem gratius esse potest, & iuxta

*Aser-**que, r.*

Ansam, *Asergius* præceptus ac nocens, periculosusque torrens præ-

fertim hyeme, viatorum molestias ARAR.
 auget, atque in Ararim se effundit,
 verumque videtur esse quod de tor-
 rentibus Poëta ait:

—— per saxa citati

Torrentesque ruunt.

Asergii ortus debetur sylvæ Aio-
 nia, à Clavesolis saxeam pontem
 Guilmerie habet, deinde Cha-
 meletum oppidulum, postea Tan- Tannej
 neium locum nobilitatis, familiæ-
 que Caprariorum alluit. *Suena ve- Susne, r.*
 rò rivus incipit apud S. Apollina-
 rem, decurritque *Volsonnam & S.*
Clementem vicos, ubi hi duo am-
 nes concurrunt, & quilibet eorum
 lapideum pontem ostendit, quos
Taresios vocant Longius progressi
 ad duos rivos veniunt, ubi est Prio-
 ratus virginum sacrarum ordinis
 S. Benedicti, *Aseiumque* oppidu-
 lum & *Masilliacum*, ubi necesse
 est navicula fluvium præterire, *An-*
sam vetus municipium in epistolis
 Ivonis Carnotensis memoratum,
Varennas apud quas fluvius iterum
 lembo trajicitur, postremò in Ara-
 rim præceps se effundit. A pede au-
 tem montis *Taratri* vsque ad fon- *Tarare.*

ARAR. tem vnica tantum leuca est, qui
 fons perennem aquam & multum
 perspicuam fundit. Ejus vna pars
 fluvii initium est in Ligerim Occa-
 numque properantis, altera in Ara-
 rim, inque Rhodanum ac Medi-
 terraneum. Igitur Lugduno Ro-
 dumnam contendenti primæ tres
 leucæ ad *Arbrelam* oppidulum oc-
 current, tantumdem ad sancti Sim-
 phoriani Layensis, & Rodumnam
 vsque quatuor, addo Capellam quæ
 semileuca tantum abest. In diversa
 autem ripa Araris *Trivoltium* oppi-
 dum visitur ædito situm loco, ca-
 putque *Umbarum* regionis Lugdu-
 no utilissimæ propter viciniam, &
 rerum quibus abundat affluentem
 copiam. Postmodum *Rupem scissam*
 in eadem Umbensi ripa alluit, pa-
 triam Joannis Cardinalis à Scilla-
 rupe, quod ibi natus esset. De-
 nique *Insula* nomine *Barbara*,
LYON. quam prope Lugdunum Arar facit,
 recreationi civium serviens. Unde
 Ausonii opera ferè omnia habui-
 mus. Descriptionis hujus fluvii fi-
 nem faciam, vbi dixero tantam vr-
 bem ab eo intersecari, pontemque

Trenoul

Dombes

Roche-
taillée.

LYON.

eius ex novem fornicibus structum ARAR.
 esse magno totius vrbis commodo,
 & carpiones omnium delicatissi-
 mos iudicio coquorum, qui aulam
 principis affectantur, in eo genera-
 ri. Nec proverbium de Lugdunen-
 sibus meis prætermittere debeo,
 qui dicuntur ita vivere, vt pedes
 in aqua, caput sub monte habeant.
 Vineæ, arbores, agri atque ædificia
 in altissimo colle, vbi vetus Lugdu-
 num situm erat, hodie quoque cer-
 nuntur. Ac vinum illarum vitium
 velis nolis eo gustu est, vt sapere o-
 dorem incensi vstulatique videat-
 ur, ac mihi cum Seneca appositè
 repetiturus videor, jugum illud im-
 minere duobus fluviis Rhodano
 prærapidè fluenti, & Arari dubi-
 tanti quo suos cursus agat. In Rho-
 danum enim statim influit, vt su-
 pra demonstratum est. Quamobrem
 Silius Punicorum libro 3. Ararim
 ita describit, ac de Rhodano pri-
 mum loquitur.

*Auget opes stanti similis, tacitoque li-
quore*

*Mixtus Arar, quem gurgitibus com-
plexus arhelis*

ARAR. *Cunctantem immergit pelago, rap-
tumque per arva
Ferre vetat patrium vicina ad littora
nomen.*

Servius Virgilii interpres dum il-
lum versum Bucolicorum expli-
cat,

*Aut Ararim Parthus bibet, aut Ger-
mania Tygrim,*

in hunc modum loquitur:

*Gallia fluvius fluens in flumen Rho-
danum*

*Tygris Armenia fluvius defluens in
Persicum sinum.*

Itaque per Tygrim & Ararim
vult diversa loca inter se significa-
re. Dicit enim prius Parthum ex
Arare bibiturum, & Germanum
ex Tygri, quàm sibi oblivionem fa-
turam non amissi agri Cæsaris be-
neficio. Burgundia Heduarum
Lugduni habetur pro granario vr-
bis, ut Sicilia olim Romæ, vinum
Belnense, lignum & carbo ab ea
provincia Lugdunum per Ararim
advehuntur. Sal' adverso fluvio in
eam quoque equorum opera ac su-
dore navigia trahentium impor-
tatur, ac fere accidit cum Rhodanus

intumuit, vt cursus Araris sistatur, ARAR
proptereaque subterraneas ædifi-
ciorum cellas aqua penetret, Arar-
que stagno persimilis reddatur; tam-
enim leniter lentèque fluit, vt to-
to lapsu suo nullum aut exiguum
murmur ab eo fieri exaudias, nisi
cùm ad arcus pontium venit, vbi
propter angustias eorum, & Lugdu-
ni propter rupes ponti ipsi adhæ-
rentes atque proximas murmur e-
dere cogitur. Æstate quidem aded
quietus est, vt navicularios vexare,
eisque molestum esse eum pudeat:
tantumdem enim laboris afferre
consuevit descendendo, quàm ad-
versus, aded reses pigerque est, &
pueris puellisque duodecim anno-
rum Lugduni naviculæ commit-
tuntur ad trajiciendos vectores qui
se in portu offerunt, & in vtraque
ripa, idque quotidie impuberes
alacriter & tenui labore faciunt.
Hic finem faciam Araris narratio-
ni, ubi dixero sub Septimio Severo
Albinum qui in Gallia se Cæsarem
fecerat, apud Lugdunum occisum
fuisse, quod apud Sextum Aurelium
Victorem reperi. Eodemque auto-

ARAR. re Sextum Aurelium Antoninum
Baissianum Caracallam, Severi fi-
lium Lugduni genitum, à qua vr-
be cis Ararim situs est *Albini vicus*
duabus tantùm ab ea leucis distans.
Hanc victoriam Severi de Albino
Tertullianus memorat, qui illius
constantissimi Principis laudes li-
benter prosequitur. Deinde sub
Majoriano & Petro Magistro epi-
stolarum ejus, cùm obsides praece-
pisset, hostem depulit de mœnibus
vrbis, pacem illi victor dedit, bo-
ve, fruge, colono, civibus exhau-
sta, vt ait Sidonius carmine quin-
to. In ponte Rhodani sunt arcus
sive fornices novemdecim majores,
& minores septem. Ac per eum flu-
vium crates lignorum, & per Ida-
num descendunt è Jura monte Se-
quanorum, id est Franci Comita-
tus Burgundiæ superioris, & è Sa-
baudia vicina illis regione è sapi-
neis sylvis, per industriam & vigi-
lantiam patrescentium pedum, id
est operarum mercede conductarum,
quas incolæ vocant, quod
pedes aqua ablutos habent. Hoc
quoque flumen lucios omnium op-

rimos alit, nec Florentini putent
 suos nostris similes esse, quia et si
 illi publicè vendantur, nullius pe-
 ne valoris sunt, imò viles & insipi-
 di: itaque facile decipiuntur inex-
 perti alienigenæ, qui talem piscem
 ignotum sibi ab iis emerint. Ac plu-
 res quidem insulæ à Rhodano factæ
 secundùm littora visuntur, pascen-
 dis bobus utilissimæ, in quas bubul-
 ci audaciores armentaque trans-
 eunt insidentes eis: quæ pascua in
 regione Lugdunensi Brolia vocan-
 tur, vulgo *Broteaux*. Lugduni au-
 tem ubi perfunctus est laboribus
 suis Arar in Rhodanum influit. Et
 vocem illam Petrarchæ omittere
 non debeo epistola ad Joannem Co-
 lumniam lib. 1. rerum familiarum
Hodierno, inquit, die Lugdunum
pervenit, nobilis & ipsa Romanorum
colonia est, paululumque vetustior
Agrippina. Duo in hac noti amnes
Rhodanus Ararque cœunt: Sonam
incotæ appellant. Sed de his nihil am-
plius, juncti enim ad te properant al-
ter cogenti, alter coactò similis, vide-
licet Arar quem ut segnem Rhodanus
ire cogit. Cæterùm ad pontem ejus

ARA R.

sacra ædicula est sancti Nicolai posita exeuntibus ad lævam, ad dexteram autem custodum seu præsidiorum statio nocturna atque diurna. In qua huiusmodi inscriptio de plana visitur Innocentii IV. temporibus facta: sed vix legi potest ob vetustatem characterum, sculptorisque errorem, qui eam versibus non distinxit.

AVE MARIA, GRATIA

PLENA, DOMINVS TECVM.

Virtutum capax, vitiorum framea,

Papa

*Progenie magnus, ferus ut Leo, mitis
ut agnus,*

Innocuus verè dictus, de nolle nocere,

Possit ut hîc fieri pons; sumptus fecit habere,

Pontem petrarum construxit Pons animarum,

Ut plebis nemo partem portaret utramque.

Tanto Pontifici quisquis benedixerit isti,

Æsque sibi charum dabit, ut pons crescat aquarum.

Integer annus ei quadragenæque sit

Fubilai.

*Summi Pontificis opus est pons nobi-
lis iste.*

*Istius artificis tibi grata sit actio,
Christe,*

*Quanto nomen ei privatio dat no-
cument,*

*Qui pro laude Dei, facit hac ma-
nifesta videri.*

D. Innocentius Papa. S. Nicolaus.

Sidonius Volufiano suo scribit
epistolam 17. libri 7. in qua hæc
sunt verba. Tu quoque quibus emi-
nes institutis, discipulos Fausti aggre-
dere solari, fluctuantemque regulam
fratrum destitutorum secundum sta-
tuta Lyrinensium patrum vel Gri-
gnicensium, festinus informa, cujus
discipline si qui rebelles, ipse castiga;
si qui sequaces, ipse collauda. Locus
Grigniacensium duabus à Lugduno Grigny.
leucis distat, nomenque antiquum
retinet: sed quia remotissimus vi-
detur à Lyrino Grigniaci locus,
non impedio quominus aliter sen-
tias. Mox occurrit Calarona amnis, Le Gas-
de quo Adu Viennensis ait, in ter- ror. 76
ritorio Lugdunensi super fluvium
Calarona, Desiderium Viennens-

ancia
colai po-
ad dexte-
præsidia-
que diur-
criptio de
IV. tem-
potest ob-
sculpto-
verlibus

RATIA
ECVM.
framea,
Leo, mitis
e nolle no-
mprus fe-
xit Pons
ortaret v-
enedixerit
ut pons
enaque fit

ARAR. sem Episcopum peremptum fuisse.
Beda apud *Prisciniacum* vicum ad
Brignais evenisse dicit, qui nunc *Brignais*
appellatur, & fluvius *Garon* pau-
lisper contracta voce. Sequitur am-

Giers, r. nis, cui nomen *Giers*, & *Givox-*
Givors. *tium* oppidulum in ripa *Rhodani*
alluitur fluvio quem nominavi-
mus. In diversa autem ripa, quam

Fesin. imperii adhuc vocant, *Villa Fa-*
siana est, duabus à *Lugduno leucis*,
& tribus à *Vienna*, pertinetque ad
Allobroges, qui nunc *Delphinates*
à *Delphino* pisce appellantur, est-
que *Insula Fasiana* nomine, cujus
fit mentio in vita *Desiderii* marty-
ris: ea in *Rhodano* est longitudinis
vnius leucæ, latitudinis totidem.

V I E N - Sequitur V I E N N A præclari Ar-
N E. chiepiscopatus sedes, de qua *For-*
tunatus:

Privatum Gabalus, Julianum Ar-
vernus abundans,

Ferreolum pariter pulchra Vienna
gerit.

Sed ante eum, id attributum à *Mar-*
tiale Poëta, qui *Domitiano Cæsa-*
re vixit, *Viennæ* datum erat.

Fertur habere meos si vera est fama

libellos

*Inter delicias pulchra Vienna
suos.*

Theodulphus Aurelianensis in Pa-
ranchi ad iudices:

*Saxosam petimus constructam in val-
le Viennam,*

*Quam scopuli inde arctant, hinc
premit amnis hians.*

Inde Valentinis terris ibique jacenti

*Rupinos dedimus, hinc Morenata
tibi.*

*Post Arausinas terras, & Avenica
rura*

*Tangemus, & fines quos tenuere
Geta.*

Eam urbem antiqui Senatoriam
vocabant & Prætoriam, in qua
Dni Mauricii memoria & Thebeo-
rum legionis honorificè colitur, vt
Ado tradit his verbis: Tunc sanctus
Episcopus Eoldus Viennensem Eccle-
siam rebus auxit; erat enim affinis
Francorum Regibus. Quique etiam
intra ciuitatem in honore beatorum
martyrum Thebeorum, Mauricii &
sociorum eius domunculam criptatam
construxit, ibique non mediocrem par-
tem reliquiarum sive ex his martyri-

Francie
um fuisse.
vicum id
c Brignais
Baron pau-
quitur am.
& Givox-
Rhodani
nominavi-
ipa, quam
Villa Fa-
no leucis,
inetque ad
elphinales
entur, est-
ine, cujus
erii marty-
ngitudinis
s totidem.
æclari Ar-
e qua For-
ianum Ar-
bra Vienna
um à Mar-
ano Cæsa-
erat.
a est fama

330 Pap. Mass. descr. Francie
RHODANUS bus, sive ex aliis posuit, atque ex eo
tempore res Ecclesie nomine beati
Mauritii attitulantur, quando ex
antiquo & major domus in honore
septem martyrum Machabeorum, &
facultates ejusdem Ecclesie sub no-
mine eorum à fidelibus afferrentur, &
consecrata manerent. Eadem vrbs
La Gere alluitur à Gera fluviolo, de quo &
cæteris rivulis nunc dicemus. Inter
Lugdunum & Viennam decurrit
Gera, satis altus amnis, qui *Sympho-
riani* oppidum interluit, & ligneum
pontem habet. Is Rhodano tandem
miscetur mille passibus ab eo oppi-
do, cæterique Delphinatum fluvii
eodem rapiuntur. Non procul à
Vienna oritur Gera, compluribus-
que moletrinis super eum, quarum
aliæ grano, aliæ papiro & tundendis
laminis ensium apteque temperan-
dis propriæ sunt. Viennæ apposi-
ti sunt huic amni duo pontes, quo-
rum vnum appellant à prioratu S.
Martini ordinis D. Rufi; alter Geræ
amnis prope Dominicanos & Abba-
tiam S. Andreæ ordinis Benedictini
ac statim in exitu vrbs Rhodanum
Bar.r. influit. *Barrina* rivus tribus à Vien-

na miliaribus prata irrigat, ac sæpè multum damni infert. *Salisa* amnis ab opulento Prioratu ordinis D. Benedicti in Rhodanum influit. Duo præterea riui, quorum vnus *Clomari* cius dicitur, alter ob viam proximam *Rivus sancti Renoberti*, eodem fluunt, *Galaber* amnis extra ripas sæpe diffluens lapideum pontem habet apud sanctum Valerium, fertilitate tamen piscium nihilominus excellit, monticulumque contingit, vbi ædes sacra Virginis fuit: moletrinas tres agit, vnam grano vtilem, alteram papiro, tertiam fullonicam. *Furania* longitudinis cursus non excedit duas aut tres ad summum leucas, sita est super illum Abbatia celebris sancti Antonii Viennensis, temporibus Urbani secundi exædificata. Clemens V. & ante eum Formosus Romani Pontifices Synodum Viennæ habuerunt: ille apud sancti Andreæ Abbatiam in aula ad id parata instructaque: hic in Basilica sancti Saluatoris. Ponte autem firmissimo munita est propter impetum fluminis, vnaque fornicum latissima, prope suburbana sanctæ

RHO-
DANUS.
Salize,
r.

Clomar,
r.

Furania,
r.

francie
atque ex
nine bea
quando ex
in honore
beorum, &
ia sub no
yrensur, &
dem vrbs
de quo &
emus. Inter
a decurrit
qui *Sympho*
& ligneum
no tandem
ab eo oppi
tium fluit
i procul à
mpluribus
n, quarum
stundendis
temperan
næ apposti
ontes, quo
prioratu S.
alter Geræ
os & Abba
Benedictini
Rhodanum
bus à Vien

RHO-
 DANVS
Faux-
bourgs
sainte
Colom-
be.

Columbæ ædificia collocata, terree
 inspicientes, attonitosque reddit.
 Mons *Pila* cùm sit altissimus, *Vi-*
riacum pagum & *Bessam* in ocaseu
 habet, & longitudo sylvæ qua ve-
 stitur, decem perficit milliaria, &
 latitudo stadia dena complectitur.

Le Doi-
be, r.

Doibius fluvius ex eadem profluit
 in *Gierium* annum accessu riuo-
 rum iam grandem, & influentem
 in *Rhodanum*. Via quæ itur ad
 montis verticem præceps & con-
 torta, ubique fontibus cincta. Lo-
 cus suâ naturâ parvus, in ordinem
 distinctus collibus, qui quasi ex in-
 dustria simul annexi sunt: eorum
 aliqui in dorsum elati, aliqui in or-
 bem circumacti. Alius alio proce-
 rior, frequens ascensus, creber des-
 census in gremio rupis. Jacet vda
 illa & quiescens palus, quam *Pu-*
tem vulgus nuncupat, & ab ea
 palude tempestatem primùm in-
 choare referunt. Sanè in vertice hu-
 ius montis procreatur nebulosa ex-
 halatio, quæ statim futura tonitrua
 aut imbres significat. Hæc palus ru-
 deribus aut crispuliis repleta fuit,
 ne quid detrimētī pecora caperent;

pateus autem qui dicitur Gieri, flu- RHO-
 vius modicæ profectò originis est : DANVS.
 hic auríferas arenas habet, quas
 qui manibus apprehendunt, ad di-
 midias vsque nates aqua teguntur,
 & si fuerit in eis aurum, statim re-
 fulget in magnitudinem milli. Fons
 prope solitudinem tantæ frigidita-
 tis conspicitur, vt bibentibus in-
 tumescant ora. Manus in eo conti-
 neri propter rigorem non licet, ex-
 hausta lymphæ numquam minui-
 tur, neque infusa augetur. Repe-
 ritur in ea sylva herba latissimo fo-
 lio, parte altera candicante; mon-
 tani herbam *Desertam* appellant.
 Aquilæ & accipitres in ea quoque
 silva multi sunt. *Dulcis Velauno-* le Douce
rum præceps, rapidusque torrens r.
 antequam Cardinalitio ponte jun-
 gatur, *Uzarim* rivum accipit, a- VZ.
 bluitque Burgum & Castrum *Ma-*
trum nomine, sub parochia & prio-
 ratu Benedictini ordinis: inde in
 locum progreditur, vbi *Tauredu-*
num olim fuit à Gregorio Turo-
 nensi memoratum. Cujus nomen TOVR-
 ferre *Turnonus* vrbs vicina etiam NON.
 videtur; etsi Turnonum pro Ture-

RHO-
DANVS duno incolæ eam vocant. Pons autem illic est, quem Franciscus de familia procerum Turnoniorum sumptibus suis fieri curavit, vtrique in diversa ripa exædificatus, illicque nixus tanta soliditate, ut everti nequeat. Itaque Turnonum petentibus Vivariensibus Vellaunisque præsto est hyeme, & pluviosis anni temporibus, quamvis hic difficilior transitus occurrit, fornice vnica admirandi operis quantum quivis alius arcus seu fornix, altitudinis triginta sex pedum & amplius, latitudinis verò tantæ, ut plaustrum onustum quavis materia & duo simul homines facile transeant. Troctis & barbatulis præcipuè abundat, nec vnquam accrescit. Juxtaque Turnonum Rhodano permiscetur.

La Cã *ce, r.* *Anonay* *Canise,*
Dome,
r. *nonia* vicina vrbe Vivariensium profluens, & *Sarra* castrum abluens, quod ducentis fermè passibus ab eo distat, in eundem Rhodanum excurrit. *Annonia*, *Caniza* & *Domanes* insulam faciunt, antequam *Andancium*, & Turnonum Vivariensium oppidum perveniant, la-

banturque in Rhodanum. Sequitur in ripa imperii *Tinurtium* è regione Turnoni: de quo Sextus Aurelius Victor. *Multis*, inquit, *interim variè gestis in Gallia apud Tinurtium contra Albinum felicissimè pugnavit Septimius Severus*. Et infra, *addunt alii quod idem cadaver in Rhodanum abjici præcepit*. Hæc *Ælius Spartianus*. De illis autem oppidis notum est vetus proverbium:

Entre Tin & Tournon

Ne paist brebis ne mouton.

Id est inter Tinurtium & Turnonum nec ovis nec vervex pascitur. *Taureduni*, quod in monte vicino positum erat, *Gregorius Turonensis* mentionem facit. Solum enim ei nomen restat. *Tauredunum*, ait, *Castrum super fluvium Rhodanum in monte collocatum erat*, lib. 4. cap. 34. Postremò notandum est Turnonum esse diœcesis *Valentinæ*, in regione tamen *Vivariensium*, qui *Helvii* veteribus fuere. *Valentia* Segalaunorum seu Cavarum, ut *Cujacius* probavit, *Jurisprudentiæ* domicilium, explicari debet. *Odo*

RHO-
DANVS.
Tin.

VALEN

CE.

RHO- vir miræ probitatis dominio totius
 PANVS vicinæ à Federico Imperatore do-
 natus est anno 1175. Is dedit Angli-
 co Cardinali insulam inter Rhoda-
 num & Vadum *Sparverie* pro con-
 structione Abbatix sancti Rufi. Pa-
 tronus Valentix erat sanctus Apol-
 linaris, ac Templum Sancti Petri
 bellis civilibus solo æquatum est.
 Prope Valentiam est torrens peri-
 culosissimus, nec piscem alens, &
 quia citò arefcit, dignus qui nomi-
 ne careat. *Dia*, sive locus *Diana*,
 prope quam vrbs illa sita est, uni-
 tur cum Valentix Episcopatu. Hoc
 quoque sciendum, Viennam ab ru-
 pe *Glaiana* decem leucis abesse, in-
 de Valentiam vsque duas tantum
 numerari. Eo loco *Isara* Rhoda-
 num ingreditur. De quibus fluviis
 Armoricus Poëta lib. 4. Philippi-
 dos ait :

Isere, r.

*Isaramque vado, Rhodanumque ca-
 rentes.*

Audivi à domino Vallis *Isaræ*
 nobili viro id flumen è vico *Furni-
 lio* parochiæ *Teignes*, rupeque *va-
 lida* oriri apud *Tarentasios*, quo-
 rum vrbs plusquam Episcopali di-
 gnitate

gnitate illustris est: populos illos à RHO-
DANVS.
Centrone vico hodie penè ignobili,
 & si nomen id suum hodie non re-
 tineret, planè obscuro. Inde fluit
Mellianum Sabaudia oppidum in Mont-
meillan
 excelso monte positum, cuius ra-
 dices subluit, atque accipit ad se
 occurrentem *Airam*, cuius à Si- Ayre, r.
 donio mentionem fieri certum est
 in Epist. ad Heronium l. i. *Fluens*
Aira per Vallem Mauriennam,
quam Mauri inhabitarunt, in qua
etiam erant Brannonices, in vico cui
Branna nomen est, isque fluvius per-
petuum murmur edens. Noctu enim
diuque aqua illa spirat, vt æquor
de quo Virgilius ait,
 — *Fretis spirantibus æquor.*

Ita amnis ille modò in hanc, mo-
 dò in diversam ripam trajiciendus
 est; vnde molestiam tantam gene-
 rat priusquam in *Isaram* labatur.
 Fluvius *Guya* è duobus rivalis Guy, r.
la Char-
treuse,
ou
Char-
trouffe.
 compositus est, vnus è parochia
Carthusia profluit, alter à sancto
 Petro inter montes, miscenturque
 apud *Scalas* exiguum oppidum.
 Inter hos sita est *Carthusia* in ex-
 celso colle, qui humilis tamen vi-

RHO. detur, si vicinos montes cum eo
 DANVS. contuleris. In Isaram autem labi-
 tur prope *Sanctum Genesum*. Tro-
 ctas & vmbros plurimos alit, lu-
 cios non ita multos. Allobroges seu
 Delphinatum à Sabaudia dividit

Pont de
 Beau-
 voisin.

apud *Pontem Belvicinum*, estque
 in eo loco *Guya* altissimus. Hic
 mihi descriptio majoris *Carthusiæ*
 ex voto *Brunonis*, à quo Religiosi
 illi sunt instituti, apponenda vide-
 tur, quæ, quæ septem leucis distat
 à *Gratianopoli*, beato *Hugone*
 Episcopo *Brunonem* ejusque colle-
 gas alloquente. *Chronicum* ordi-
 nis sic habet. *Locus divinitus vobis*
adsignatus est Eremus quædam altis-
simis in montibus, quam Cartusiani
vocant, ampla illa quidem, sed pror-
sus inculta, atque à nemine habita,
solis feris pervia, hominibus verò ce-
terisque animantibus propter loci aspe-
ritatem penè incognita & inaccessa.
Altas & tanquam excisas hinc inde
rupes & scopulos, arboresque silve-
stres & infructiferas habet; estque
supra modum frigida, magna que an-
ni parte nivibus operta, Tunc quoque
ad eò prærupta, sterilis, & infructuo-

fa, ut nihil in ea neque feri, neque me- RHODANVS.
 ti queat, &c. Et alio loco. Vis hor-
 ridam Carthusiani loci faciem vide-
 re? si suspexeris arduos saxososque
 montes, gelidas nives, infœcundas-
 que arbores dorso montium adherentes
 spectabis. Si despexeris, terrificum
 amnem in pede montium ingrati mur-
 murantem videbis. Terribilem deni-
 que situm accipe; nulla siquidem ibi
 amœnitas, nullum solamen, nulla
 terrena jucunditas adest:

Vix ibi ridenti vestitur gramine cel-
 lus,

Vix ibi cantat ales, nec sunt ibi
 lustra ferarum.

Quid igitur? nives quidem ibi per-
 petuo candore candescunt, sed nivea
 frigora livido pallore corpora inhabi-
 tantium adficiunt. Tanta denique est
 loci asperitas, ut nec Scythiae deserta,
 nec Aegypti solitudines possint illi
 Cartusiano monti rectè comparari.
 Horrendum itaque carcerem, purga-
 toriumque locum potius quàm aptum
 humane vite habitaculum meritò di-
 xeris. Et alibi de Guya legitur.
 Fluvius est ex montibus Carthusia-
 nis collectus, qui ingenti murmure in-

RHO-
DANVS.

star torrentium, aut aquarum inundantium decurrit. Et alio loco: Est quidam parvus fluvius, qui Guernus mortuus, quasi quedam imago mortis dicitur, ex circumstantibus undique montibus collectus, & cum strepitu maximo torrentium aut inundantium aquarum more fluens. A Valentia autem usque ad ostium Isarae est dimidium iter inter Valentiam & Turnonum. Est antiqua domus nobili in loco, Confluentium dicto, à quo Rhodani ripas Viennam usque sequendo, sunt leucae circiter duodecim. Gratianopolim redeo, ubi eundem fluvium reliqui, de quo & Drac, r. de Draco dici solet: Gratianopolim perdent Serpens & Draco. Isaram serpentem vocant, quia sinuosus est, urbemque interluit; Draco alluit, eique permiscetur. Quam autem Gratianopolim vocamus, ea veteribus CVLARO fuit. Plinius Ciceroni epistolarum lib. 9. Vale, inquit, octavo Idus Junias ex finibus Allobrogum. Mox ibi narrat se Isaram trajecisse, ut ad Vocontios properaret. Ejus urbis porta una Traiana, id est Trajani dicitur,

GRENO-
BLE.
Drac, r.

sculptaque est capitalibus literis,
& sic inscripta, vt de plano legantur hæc verba.

RHO-
DANVS.

MVRIS CVLARONENSIBVS.

Tunc temporis cum Philippus Adeodatus in Gallia regnaret apud Viennam provinciam, quidam rivus, qui *Stagnum sancti Laurentii* vocabatur, cursu concito inter duos montes decurrens violenter erupit, ferèque omnes mercatores qui apud Gratianopolim in nundinis morabantur, submersit, Isaræque fluvio adjunctus, dum in Rhodanum præcipitare nititur, pontem diruit, arbores evulsit, castella & villas subvertit, homines & jumenta sibi obviantia cursu rapidissimo secum traxit. *Romanus* vrbs Allobrogum, situ Hierusalem valde similis, vt qui vtramque viderunt affirmare solent, alioqui *Romana Castra* appellanda videtur. *Romans* enim Gallicè dicitur, & hic lapideo ponte Isara instructus est, vt prope *Marcellini* municipium, *Salinæ* alium quoque vides. Sequitur oppidum *Liberonis*, situm super edito tumulo, fertili tamen

Romanus

*S. Marcellin.
Salinæ.*

342 *Pap. Mass. descr. Francia*
RHO & clementi, sicque Latinè appel-
DANVS. latur in Chartario publico: & Va-
lentiam, radicesque ejus subluic
Drume. *Druma*, vnde Ausonius:

*Te Druma, te sparsis incerta Druen-
tia ripis*

Alpinique colent fluvii.

Isque rapacissimus torrens quan-
tum damni inferat satis æstimari
non potest. Territorium enim lar-
gum, fertile, planumque est, sed
à Liberone Rhodanum vsque di-
midia est leuca, aut more Romano
duo passuum millia. Notandumque
Aur. est à Valentia *Aureolum* vsque ma-
ximam capi voluptatem solere, si
illam aspicias agris prætisque viri-
dissimis perfusam aquis à Liberone
fluentibus. Ad Valentinensem Epi-
scopum hæc duo oppida pertinent.
Vibius Sequester ait, *Isaram Gal-
lia decurrere in Rhodanum*. Aureo-
lam verò *Dia* alluit rapidè veniens,
Die, r. ac sæpe extra ripas diffluens, nec
vadás sine periculo est, in tribus-
que trajicitur quoties intumuit.
Denique vna leuca supra Valen-
tiam *Isara* ipse parum gratus mor-
taliū oculis, imò potius eis displi-

cens, quia valde rapidus, ac fuscitate horrendus, & sinuosus, difficilisque ac periculosa navigationis, Rhodanum quoque ingreditur tanta rapiditate, vt ei nisi vltra mille passus non permisceatur.

Lucanus Poeta testimonium de Isara ferens, sic ait :

— — — qui gurgite ductus
Per tam multa suo fame maioris in
annem
Lapsus ad equoreas nomen non
pertulit undas.

Plinius lib. 3. Rhodanus, ait, ex Alpibus se rapiens per Lemanium lacum, segnemque deferens Ararim, nec minus se ipso torrentem Isaram & Druentiam in mare fertur.

Videamus & quid Marcus Tullius de eodem flumine antè dixerit in Epistolis familiaribus, epistolâ 15. lib. 10. In Isara flumine maximo, quod in finibus est Allobrogum, ponte vno die facto exercitum ad quatuor Idus Maias traduxit. Et eodem lib. 10. epist 8. Ad XII. Kalendaras funias ab Isara castra feci, pontem tamen quem in Isara feceram, castellis duobus ad capita positus reli-

ancia
è appet-
: & Va-
s subluit
ta Druen-

ns quan-
æstimari
enim lar-
e est, sed
vsque di-
Romano
ndumque
vsque ma-
solere, si
que viri-
Liberone
ensem Epi-
pertinent.
aram Gal-
n. Aureo-
lè veniens,
uens, nec
lintribus
intumuit.
ora Valen-
gratus mor-
s eis displi-



RHODANVS.

qui, presidiaque ibi firma posuit. Et lib. 1. Epistolarum epistolâ 23. Prædie Nonas Junias omnes copias Isaram trajeci, pontesque quos feceram interrui, ut spatium ad se colligendum homines haberent, & ego interea me cum cæteris conjungerem.

Monte-
limar.
Achasse
r.

Vivarium in ripa Regni abest à Montilio Ademari duabus leucis, infraque id situm est. : & Achassia flumen prope id in tribus trajiciendum occurrit, quod in Rhodanum postea influit. Episcopatus autem Helvii apud Vivarium translatus est eversa Helviorum urbe, quam Valentiniani tertii temporibus floruisse ex Sidonii ad Patientem Episcopum Lugdunensem Epistola satis notum est : ut & illud, in vicinia Albensium sive Helviorum urbem olim fuisse. Vivarium autem in ripa Rhodani positum constat. Aquila prius quàm Liliis Vivariensis Ecclesia vasa est, etiam Joannis Regis temporibus, cum ille Avinionem iret ad Pontificem Romanum invisendum, & Vivarium ingressus, Aquilam in vexillis fericeis, & in cathedra marmorea re-

tro altare scultam in templo be-
tissimi Vincentii vidisset, & à Ca-
nonicis benignè audiisset Vivarium
Cameram imperialem fuisse, ac li-
teras Thomæ Albenſi Episcopo da-
tas decimo septimo Kalendas Ju-
lias indictione octava, anno secun-
do imperii Ludovici Pii Aquisgra-
nii palatio perlegisse, vt Rex do-
ctus, scientiæque amantissimus,
pro Aquila, Liliis vti concessit.
Apud Cæsarem verò libro 7. quin-
que sunt loci, ex quibus vbi sint
Helvii collocati intelligemus. Pri-
mus est, *Helvii fines Arvernorum
contingunt. Secundus, mons Gebenna
Arvernos ab Helviis discludit. Ter-
tius, oppressis Arvernīs inopinanti-
bus quod se Gebenna vt muro munitos
existimarent. Quartus, Helvii à
Rhodano inchoant, finitimi Vellannis.
Quintus, Vercingentoris altera ex
parte Gabalos proximosque pagos Ar-
vernorum in Helvios, item Rutenos,
Cadurcosque, ad fines Volcarum &
Arecomitorum depopulandos mittit.
De Gebennis extat testimonium
grave apud Ausonium,
Interea premunt Aquitanica rura Ge-*

RHO-
DANVS.
Monte-
mari.

Exin se offert explicandum *Montilii Ademari* oppidum, mediocre quidem, at pulchrum & placidum, murisque & fossis egregie cinctum, circumdatumque virentibus hortis: ad quod oppidum labitur amnis ab oriente profluens saepe transitu difficilis, multoque sabulo impeditus. Hic quoque in Rhodanum decurrit. *Pons Spiritui sancto* dicatus, magnificus quidem est, longus mille ducentos passus, viginti duabus fornicibus firmissimis, & pavimento decenter strato, clausumque mœnibus oppidum ibi est. Inde Avenionem itur.

Pont S.
Esprit.

Pons Avenionensis mille trecentos quadraginta tres longitudinis, latitudinis vero..... passus habet, & decem & octo fornices, sinuosusque est. Supremum eius Templum Virgini dicatum, & palatia duo in rupe sunt posita, quo ascenditur centum duodecim gradibus, nec sine causa Avenionem sedere super rupe horrida Petrarca refert epistolâ ad Joan. Columnam lib. 7. de Rebus familia-

ribus. Quis illum pontem fecerit, ^{RHO-}
 ex Chronicis veteribus breviter di- ^{DANVS.}
 cam. Anno millesimo centesimo se-
 ptuagesimo septimo venit apud Aue-
 nionem adolescens nomine Benedictus,
 dicens se à Domino missum ut pon-
 tem super Rhodanum construeret, qui
 derisus est cum sumptus non haberet,
 & cum præ magnitudine nemo cre-
 deret hoc facturum, sed populi ab eo
 nutu divino commoniti illud opus ci-
 tiù perfecerunt. Sed vetus prover-
 bium de ea circumfertur.

A venio ventosa,

Sine vento venenosa.

Idque epistola ad Urbanum quirtum ab ipso Petrarcha explicatur in hunc modum: *Inter feras Rhodani gentes non ego sic illas nec poëta Italus, sed Hispanus vocat. Illic enim ventosissimi amnis ad ripam, ubi scilicet, & cum vento malè vivitur, & sine vento pessimè viveretur. Cui, ut ait Seneca, ædificia quassanti, tum incolæ gratias agunt, tanquam salubritatem cæli sui debeant ei. Nec quod sequitur suppressendum. Divus certè Augustus, Templum, inquit, illi cum in Gallia*

34 8. Pap. Mass. descr. Francia
RHO- moraretur, & vovit & fecit. Illis
DANUS. ergo in locis aut limosis aut saxosis,
atque aridis fratrum tuorum vasta pa-
latia, & ingentes domos, imò vero
carceres & vincula cernuntur. Tui
predecessores Avenione sibi sedem ele-
gere, quo consilio ipsi viderint. Ego
enim qui ab infantia civitatem illam,
multò melius quàm putarim meam
novi singularem, nihil præter lutum
& ventum ibi esse perpendi. Inter
Avenionem & Tarasconis oppidum
La Du- Druentiam rapido cursu præcipi-
rance, r. tem fluvius Rhodanus accipit.

Petrarcha epistola ad Joannem
Columnam lib. 7. de Rebus fa-
miliaribus: *Ab Avenio*, inquit,
adverso flumine tribus passuum mil-
libus aut paulò amplius ascendens
Argenteum gurgitem obvius habebis.
Argent. Quo verbo *Argenteus* fluvius intel-
r. ligendus est, qui per *Arausiam* in
Auran Rhodanum fluit: cuius vrbis ædi-
ge. ficia antiquitatem suam probant.
Castrum est alto situm loco, vr-
bana ædificia ad collis radicem po-
sita. A Castro novo Pontificis Ro-
mani ad pontem Sorgiæ vnica est
leuca. Et locum olim veteres ap-

pellabant *Undalum* urbem, ut Flo-^{RHO-}
rus & Strabo aiunt. Hodie sex qua-^{DANUS.}
dratae turres palchritudinem loci
servant. Inde Avenionem vna
duntaxat leuca est. *Vasionem* Vo-
contiorum esse Mela scribit, quod
oppidum *Vaisio* Latine dicitur,
Episcopali dignitate ornatum, in
ea *Vasiones* olim habitati sunt, de qua
Poeta ait:

*Fam facile campos iam rarum Vaisio
carpis.*

Petrarchae vitam pridem scripsi,
in eoque libello ventosum altissi-
mum montem verbis ipsius depin-
xi. Itaque non erit necesse illam
descriptionem etsi utilem hinc re-
petere. Idem scriptor epistola ad
Guidonem Archiepiscopum Ge-
nuensem, *Ad scholas*, ait, *missi fui-*
mus. Carpentorax loco nomen, urbs
parua quidem, sed provincia parua
caput, in quam urbem nocturnos fu-
res venisse a *Vendacensi* usque ad *am-*
nem qui lateri adiacet *Carpentora-*
Etis oppidi. Et in vita quidem S.
Sifredi didici, urbem *Vendacen-*
sem esse desisse, & locum ipsum
Carpentoractis quondam simplicis

francia
fecit. Illis
ut saxosis,
m vasta pa-
, imò vero
entur. Tui
i sedemele-
lerint. Ego
atem illam,
arim meam
ater lutum
endi. Inter
is oppidum
u præcipi-
accipit.
Joannem.
Rebus fa-
to, inquit,
ssuum mil-
s ascendens
ius habebis.
vius intel-
transiam in
urbis adi-
a probant.
loco, vr-
dicem po-
ntificis Ro-
e vnica est
eteres ap-

350 *Pap. Mass. descr. Francia*
RHO municipii vocabulo dici solitum
DANVS felici commutatione sortitum esse
nomen vrbis Igitur fluvii in hac
vita mentionem fieri video, & si
nomen eius non est adiectum, vo-
La Rus. se, r. catur enim *Russa*, ac prope urbem
fluit è Perna veniens, & prope *In-*
fulam urbem decurrens antequam
Rhodano misceatur; magnis qui-
dem caloribus parum aquæ secum
trahit, etsi aliis anni partibus a-
bundat, & septem aut octo leuca-
rum cursum habet. Eâdem epi-
stolâ ait: *Meta nostræ peregrinatio-*
nis illa fuit, quæ ab antiquis Auenio,
à modernis Avinio dicta est.

S O R G I A.

LA
SORGE. **P**ETRARCHA epistola ad Olim-
pum: *Clausula vallis est unde Sor-*
gie fons erumpit. Et epistolâ 3. lib.
7. epistolarum de Rebus familia-
ribus: In agello, ait, meo, quem
ad fontem Sorgie habeo. In poëmate
Italico.
Mirar è sasso unde Sorga nasce
In una valle chiusa d'ogni intorno.